



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jnstitutio vite sacerdotalis d[omi]ni Joannis tritemij  
abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti  
mogu[n]tinensis dioces[is] ...**

**Trithemius, Johannes**

**[Mainz], [nach 22.X. 1494]**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31315**



J 374

98  
8

J. X  
g

**Institutio vite sacerdotalis  
dñi Joannis tritemij abbatis**

spanhemensis ordinis divi patris benedicti mogutunen-  
sis diocesis Ad nicolaum presbyterū mernicensim Tre-  
uerensis diocesis.

Societ̄ Jesu Paderborna /  
Ex donatione Ord. S. Sebastiani sculps. a° 1598.

Bibl. Theodor. Paderb.



# Thomas ruscher de ganuūdia

sacraruū līaz, pfessor, in ecclesia magūensi euāgelici verbi  
indignus pdicator, benefamato et katholico sacerdotini  
colao mernicensi. Salutē ppetuā. Ne ante illū a quo om̄e  
datū optimū et om̄e donū pfectū, in gratijs ferendis gelū  
dus videar doctissime nicolae. Occurrit in primis scripti  
tura deutronomij. xxx. Utā et mortē dedi ante faciē tuā.  
Gratias habeo qz hodie huic etiā cōdonat, qui ei q̄ vera  
est vita adheret. Ei dico: qui meis nuper temporibus inspi  
ravit in faciem cuiusdā spiraculū vite noue, pro quo grās  
omniū reddo creatori. Et tibi o pater laudate intelligen  
tie tritemij, eo q̄ non solū tibūpi vitā elegisti; sed et meā  
multorūq; ut vnuāt, vitā instituis, tuo in tam florido insti  
tutionū opusculo, qd̄ mox ad me vsq; latū esset. Nec alij  
locū adhibens, veluti vite spiraculū egens, mentis affectu  
animiq; desiderio quousq; introspicarem. Sed qd̄ o lau  
date intelligentie pater! Quid p̄ hoc tuū institutionū tā  
floridū opusculū in me tibi deditissimo effecens, quidue  
hoc inter legēdū senserim: meos coetaneos nec latitare ve  
lim? Nam cū ad interiora ipius pcederem: ita in me flon  
ruit: ut meas maderet genas. O frater mernicensis nicos  
iae orationi et charitati iunctissime, q̄s felix q̄s sancta pro  
hoc florido fuit opusculo petitio tua. O christi sponse vir  
atq; fili mernicensis nicolae et dei confessor, q̄s necessaria  
in hoc que cōtinent opusculo potissime in his tempestuo  
sis sunt nunc temporibus, vbi fides christiana noxijs er  
roribus q̄ passim seminātur et pollulāt, laceratur et oppri  
mitur. Necessaria dico supra modū. Hā florida sacerdo  
talis peregrinacōis abiecta institutione om̄ia vicia igno  
miniaq; exurgūt. Scio nāq; maloꝝ nostroꝝ tradicōne  
animā hominis intellectu rerūq; scientia veluti esca qua  
dam nutriti, recte eoꝝ animos arbitror qui nullis disci  
plinis, nulla morū aut vite instituōne eruditū sūt, nihilq;  
bonarū artiū hauserūt, ieūnos et quasi famelicos esse, ple  
nos tamen et illorum animos sed vicijs et nequicia. E ya

nicolae scito. mihi meisq; p̄suasū velint coetaneis ad hoc  
floridum nos ad integrū diuertere opusculū. Nam p̄ hoc  
nō solū criminis vitare penā sed et laudacōnis possumus  
gratiā obtinere. **H**uic em̄ qui animi odoratū non accor-  
modat cito dabitur in ruinā. qua p̄pter hoc ip̄m ante pri-  
mā līaz eius impressurā mihi fructuosum esse nō igno-  
ras. **M**axime dū p̄ laudate intelligentie patrem et dñm  
dñm iohannē tritemij spanhemensis abbatē: non munu-  
to sudore cōgessit cōpilauit atq; tradit. **Q**ui varia līarū  
gratia: multo q̄s ego sum abundantior est. qui vigil inge-  
mo. paratus eloquo. flagrās studio. et utilis paterfamili-  
ias in domo dñi. **Q**ui florido eius opusculo sancte vite  
institutionē ministrās: et me infirmū simul omnē imperi-  
tū doctūq; clerū erudit ad cautelā. **Q**ue certe vite institu-  
tio o frater si nobis deest. quis oro viuere nos iudicat?  
**H**ec eya nicolae nobis si desuerit. digni non sumus. In  
hac nāq; ad plenum queq; nobis adeo subministrat: ut  
absq; his vita dignus nemio est. **N**am si iuxta reuerendi  
in dño parris nostri tritemij floridam institutionem. que  
in manu est. nosip̄os quoad hic viuimus ad integrū stan-  
tuerimus. salus nobis vera veraciterq; p̄mittitur: que et  
nullis vñq; aufertur q̄ digni vita viuit. **D**igni itaq; cūcti  
ut habeantur taliter iuxta in hoc florido opusculo traditā  
vitā instituere necesse habent: qua non moriantur. sed  
pperio amplius viuat. **Q**uod dignissime nicolae cōpre-  
hendere ut possis. Vale semp̄ in eo qui vniuersa creauit.  
et nos qui viribus nostris stare nō possumus sua museo  
ricordia conseruet Amen. Date in studio Maguncensi  
Anno salutis nostre **H**illesimoquadrinente monona-  
gesimoquarto **D**ensis octobris. die vero eiusdē. xxij.

41

Quid post renouata geratur amicis: tibi cogitare possius licebit quod mihi loqui. Non est timor dei ante oculos sacerdotis vinculis cōcubine ligati: de penis inferni paucus nullus: nulla sacerdotalis cogitatio dignitatis: nulla la memoria publice honestatis. Ad eo viciū hoc incōtinētie in clero iam p̄ualuit: ut quasi ceperit esse licitū: quod publicum est. Diseranda generis humani cōditio: qui aliorū scelerā debuerat emendare: graviora cōmittūt. Sedent prohypudor in villis et urbibus publice sacerdotes cōcupiū binarū suarū cōmūxtione diffamati: quoꝝ tantus hodie inuenitur numerus: ut si presul aliq̄s in sola sua diocesi tales voluerit corrigere: sola multitudine victimus. a p̄posito terrereur. *Si cuiuspiam ex talibus domū ingrediereris.* offenderes aliquotiens sacerdotem suū infantulū fornicationis paterne testem brachijs baiulante: et inter legendū horas canonicas: plorantē cōsolari verbis et cantibus. Clideres quoꝝ surgente de lecto patrē infaustū. natum excipere genibus: osculisq; porrectis illum in dextro genu locatū: in sinistro breuiariū. Inter orandū ridenti infantulo arridet: ploranti blanditur: crebris tacentē verbis affatur et nutibus. Interea blanda mater occurrit: de manu patris dulce pignus codicem rapit: folia tractat. lacerat. fluentibusq; ex ore saluis. genitoris pmissu cōmactat. Nulla inter hec oranti deuotio: nulla verbis adhuc betur intentio: sed omnis sollicitudo in cōsolatione plorantis cōsumitur. Cadūt verba ex ore oratīs cōfusa: crebrisq; infantuli osculis interrupta: adeo ut oratione completa. vix se meminerit orasse. Interea nolam trahit edithūus: ad sacrificandū altare componitur: a populo in ecclesia hieros expectatur. Accurrit lotis manibus in loco pueri sacerdos: vestes sacras quāra potest festinacōne induit: sacrificiū dei distracta mente consumit. O cōscientia rbi interim manes: rbi contempta iaces! O tu miser qui dei filiū pollutis manibus cōtrectas: quousq; animā tuā vulneras. laceras. et interimis! Qua deniq; temeritate accedis ad altare: corpore et animo pollutus? Nisi magna

Hoc

cōfundit.

12

Vobis castitatis.  
penitentia  
meretricio  
fornicata.

omnipotentis dei miseratio ad tempus tibi parceret: se in  
altari angeli pugnati indignacione graui percuterent. Ubi  
est votu castitatis perpetue: quod in manus episcopi (cum te  
ordinaret) promisisti? Ubi est sacerdotij tui assumpti re  
uerentia? Peccasti: quare non agis penitentiam? Quousque  
longanimitatem dei contemnis? An ignoras quod patientia  
dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundum duriciam  
tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire: et  
iusti iudicij iesu christi. Puto quidem in futurum penitere co  
gitas: sed quod sit proxima penitentie amputatrix mors mi  
nume pensas. Enimvero misericors deus qui veniam penitent  
ia promisit: differenti diem crastinum non spopondit. Cle  
ricum autem quem semina cohabitans semel captiuum abduxer  
it: nunquam aut raro liberum nisi morte interueniente dimis  
tit. Transeo quod multi concubinarum suarum dolis et malefi  
cijs usque adeo plerique dementantur: ut se ab illarum turpissi  
mo amore nequaquam possint excutere. Horret auditus fan  
ciora meretricium: nec pudicicie sinceras audire patitur:  
qualia per sacerdotum concubinas quandoque perpetrantur.  
Et katamenio pulmentum domini suis conficiunt: et dum eos  
ad amorem suum cupiunt allucere: in colicam et insaniam con  
uertunt. Horrendis maleficijs et superstitionibus suis coagu  
lificent sacerdotes implicant: donec exhaustis paulatim  
viribus: eos penitus inutiles reddat. Beatus homo  
quem deus a muliere mala et luxuriosa custodiuit. Non est  
iniquitas super malicia mulieris: que malis amoribus frui  
tur. Quicquid excoigitat temptat: quicquid potest audet.  
Nemo credit quibus studijs. vijs. et adinuenientibus vi  
turi: ut eum quem decipere cogitat: suis voluptatibus indissol  
ubili vinculo prosternat. Ad vota se domino suo coniungit:  
non quia diligit: sed quia cupit. Concubinarum eternam turbam  
predam sequitur. non sacerdotem. Quousque diues est omnibus  
abundat. latus domini non deserit: si autem pane indigere  
ceperit: concubina ad aliud se conuertit. Interdu vero gna  
torum intuitu. sacerdos et concubina usque adeo cōglutina  
ti sunt: ut separari ab inuicem (nisi per mortem) nulla ratione

ne possint. Fieri etiā solet. ut prebendas suas nō nullim a  
 lunt dimittere q̄s concubinas. Quid primo p̄ceptoris tuo  
 contigerit: non ignoras. Is sc̄uo meretricis illius amore  
 (quā nouisti) miserrime seductus. cū propter metū viri  
 cohabitare ei publice nō auderet: patriam. domū. cognati  
 os. ac que habebat beneficia cōtempnens. ut illa frui libe  
 re possit: cū ea clam fugiens discessit. Et nemo quo abici  
 rit: v̄sq; in hodiernū diem nouit. Scio quendā ex concu  
 binarijs sacerdotem. quē cū pro suo peccato inter me et  
 ipm aliquādo increparem: ad hoc finaliter induxi: ut cō  
 tinentiā deinceps p̄petuam in manus meas vellet p̄miti  
 tere. Cūq; vrgerem. ut mox concubinā ejaceret: responde  
 bat. Non possum. Quare inquā: Si eam inquit abſice  
 rem: q̄s infantuloꝝ meoꝝ curam gereret: Habebat em̄  
 ex ea iam duos pueros. Pauper aiebat sum: pro merce  
 de locare illos non valco. Matrem itaq; donec infantulī  
 crescant nō ejciam: ne rēuis sanguinis fiam. Lastus tan  
 men ero cū casta: nec vlla deinceps cōmixtione illi socia  
 bor. Et quid facies inquā. si prius q̄s isti creuerint: alij  
 in locū eorū surrexerint: Juravit se id velle cauere ne fie  
 ret. Non emendabis iniquo culpā: nisi eleceris cōcubinā.  
 Difficile est assueta relinquere: et a pristinis vicijs (p̄sentre  
 occasione) abstinere. Nemo serpentē fouebit in sinu ille  
 sus. Ab ijt hō in domū suā: et domestica scelera. v̄sq; in  
 hūc diem nō deseruit. Considerauit opa dei: qm̄ quē ille de  
 spererit: nemo potest emēdare. Ideo difficile est sacerdotē  
 semel in fornicationē lapsum ad castitatem verā posse resur  
 gere: ut ex omnibus vñū vix queas inuenire. Nam iuxta  
 scripturā. q̄ facit peccatum. seruus peccati est: et q̄ turpi amo  
 ri semel subiūcis: vix vñq; ex toto liberaſ. Facilius em̄ for  
 nicatio fugitur: q̄ emēdetur. Iccirco monco te. et obtestor  
 ut cōsorcia mulierū fugias: ne famā boni noīs p̄das. Se  
 mel q̄ p̄pe infamatus de fornicacione p̄sbyter: amissū nūq;  
 recuperabit honorē. Sed t̄ colloq̄a femināꝝ deuita: crebras  
 in foro salutacōnes declina: q̄ pluvia verba venis ad pessi  
 ma facta. Multos em̄ decepit incauta femināꝝ allocutio.

collaudia  
Lipmannus  
1442

44

**O**mni tempore vigilans esto: nec tibi netipī vñqz confi-  
dendū duxeris: qzdu in carne viuis. **C**omplures enim in  
senectute lapsos agnouimus: qui sibi de victoria p̄terita  
securi videbātur. **N**unqz etenim deest homini temptatio:  
quousqz in hac vita cōuersatur. **S**i vero curā domesticā  
sine misterio famule agere nō vales: vetulā de tua cognac-  
tione probam assumito: de cuius cohabitacōne nulla in  
populo suspicio oriri possit. **V**erūramen hoc ante omnia  
caueas: ne in famulā maritatā sumas. **Q**d em̄ deus cō-  
iunctit: homo nō separēt. **N**on caret suspitione mali: co-  
habitatio vxoris viri alieni. **V**olo te quo ad fieri potest:  
testimoniu bonū habere ab om̄ibus. Reddant te aliena  
pericula cautū: et vbi multos cecidisse cōspicis: ne incau-  
sus ambulare velis. **M**emento quot fortissimi sapientissi-  
miqz viri ab origine mūdi vsqz in hūc diem: p mulierū cō-  
sorcia perierūt. **A**dām prothoplastū femina decepit: et eo  
supplantato nos om̄es interfecit. **A** principio conditi ovi-  
bis p mulieres filij dei peccauerūt: et suis sceleribus ca-  
thadismū sup vniuersum mundū induxerunt. **E**xentes  
quoqz de egypto filios israel: mulieres alilophilorū pstra-  
uerūt in deserto. **Q**uid istas recensemus: cū omnū homi-  
bus. tradiderit in mortē et o probrū? **N**emo de sua for-  
titidine psumat: nemo de pristina castitate cōfidat: quo-  
niā sepe qui hodie fortiter stare cernitur: cras in profun-  
dum fornicacōnis cadere videtur. **S**apientissimus salo-  
mon. dolos mulierū cauere nō potuit: quis modo tutus  
erit? **C**adit gladio mulierū fortis et sapiens: et nos fragi-  
les insipientesqz de securitate presumimus? **D**icit em̄ qui  
cecidit. **B**elior est iniquitas viri: qz mulier benefaciens.  
**L**ucius est cohabitare viro iniquo: qz feminine bone.  
**A**duersarius em̄ castitatis diabolus. nunqz cessat casto-  
viro insidias ponere: si materia decipiendi poterit inuen-  
ire. **A**stutus cū sit. nouit ad tempus dissimulare: donec  
cōtinentie possit euertere. **I**ngerit se paulatim amātibus:

*de aliis aplatis.*

# **Johannis tritemis abbatis**

spanbemensis ordinis diui patris benedicti. de vita sacerdotū ad nicolaum mernicensem presbyterum tractatus exordium sumit.

**D**icitis a me nícolae frater amáttissime. et crenbris epistolis instas: ut tibi formā in sacra docio laudabiliter viuendi. stilo cōmendem. Supra vires ingenij me laborare cōpellis: morsibusq; emuloꝝ lacerandū exponis: qui me et hoc p̄sumptuosum iudicabūt: q̄ viā quā ip̄e necdū ambulare didici: tibi velim demonstrare. Et quāq; se res ita habeat: malo tamē emulacōnis subire iudicū: q; charitatis in te mee ferre detrimentum. Tanta em̄ dilectione te semp colui: ut negare tibi qui ppiā postulantī nunq; cōsueverim. Cupiens itaq; satisfacere p̄cibus tuis. normā viuendi ex scriptis sanctoꝝ tibi commendare volui: non q̄ statui tuo prorsus ex omni pte sufficiat: sed p̄ qualicūq; principio ad honestā cōuersationē te si velis inducat. In primis itaq; te moneo ex diffinicōne noīs: statum pensare iudicte cōuersacōnis. Etem dicimur clericis: quorquot in sorte dñi sumus specialiter electi. Interptemur itaq; vocabulū noīs: et intelligemus qualitatē p̄cea pte honestatis. Cleros etem grece: sors interptatur latine. A cleris ergo clericis: in dñi sortem dicūtur electi. Si nos igitur in dei sortem vocatos agnoscimus: cur adhuc nūdo militamus? Ad qđ in terra morientū hereditatē querimus: qui deū se nobis pollicentē hereditatē expectāmus? In veteri nāq; testamento legimus dñm sacerdotibus et leuitis p̄cepisse: ne inter filios israel fratres suos acciperent hereditatem: eo q̄ ip̄e hereditas esset eoꝝ. Hūc ergo si esse te clericū existimas: debes a ceteris hominibz excellentia cōuersationis honestior incedere: et nūdi huiꝝ perituras dñicias minime amare. Q̄ si animū tuū seculi hereditati submiseris: extra sortē dñi. cū insipientibus colloceris. Non enim dignabitur te dñs inter electos suos

A iij

redpere: si post aurum abiens. mundū decreueris amare.  
**T**urpissima est in sacerdote christi auaricia: que seruū dei  
ministrū facit idolorum. **H**ec si animū tuū semel ceperit:  
nunq̄ sui cōpotem amplius dimittit. **N**emo enim potest  
duobus dñis dissidentibus seruire. **N**on potestis inquit  
deo seruire. et māmone. **N**ō poteris bonus esse clericus: si  
fueris auarus. **S**cio autē et longa experientia tecū cōuer-  
sando didici. quoniā natura parcū te genuit: caue ne donū  
gratiae ad fomenta cōuertas auaricie. **E**nīero qui volunt  
diuites fieri in hoc seculo: frequenter tempta cōnes inci-  
dūt diaboli. **O**portet autē ministrū dei segregatū esse a sol-  
licitudine mūdi: quia nō potest ad deū ire mens libera: si  
terrenis curis fuerit implicata. **H**inc coronas raras por-  
tamus in capite: quatenus abiectis supfluitatibus libere  
ad deū ascensum paremus in cogitatione. **C**rines namq̄  
capitis: supfluitates terrene designat actionis. **E**t sicut ex  
supfluitate humoris crines capitis pueniūt: sic ex amore  
pecunie sollicitudines mūdi crescūt. **C**ū ergo crines capi-  
tis in modū corone abradimus: monemur ut misterio dei  
applicati. om̄es curas mūdi contemnamus. **S**icut autē  
caput ps est eminentior corporis: ita mens vis sup̄ma ra-  
tionis. **I**dcirco autē coronā gestam⁹ in capite: ut terrenis  
curis absoluti. ad dei cōtemplationē liberius eleuemur in  
mente. **U**nde et nos claustrales qui monachi dicimur. co-  
ronis amplissimis ornati. crines pauciores in capite relin-  
quimus: vt nos actiue vite mortuos in cōtemplatione cen-  
testū vacare p̄mplius ostendamus. **A**ttende nūc diffini-  
tionē nois: et cura cōdignis vite meritis sorti respondere  
superni conditoris. **O**nni custodia serua cor tuū ne te in  
pfundū auaricie demergat cupiditas: ne libidinis ardor  
animū tuū cū peccatoribus in scenū luxurie detrahatur: ne  
superbie fastus te ad inferos sine fine cruciandū secum tra-  
hat. **C**aue neq̄ huius mundi curas a sorte dei decidas:  
caue ne famā boni nominis perdas: caue ne in via conta-  
temptorū dei pgas. **R**uinās multoꝝ in circuitu sacerdon-  
tium considera: et de tuo semper periculo simili formida.

*Corona sum  
temporū  
mūdi*

*monachū*

**A**usque inter mortales securius vivitur: quod si periculū semper  
timeatur. **V**nde scriptū est. **B**ecatus homo quod semper est pa-  
uidus: qui autē mentis est dure: corruet in malū. **E**nīero  
periculū qui timet. cauet: qui negligit. incidit. **O**portet mihi  
nistrū christi. sacerdotē dei. virū esse nō puerū: ut sciat et  
intelligat quale onus suscepit: pro cuius administratione  
in districto dei iudicio sit redditurus rationem. **S**it ergo  
prudens. sobrius. castus et quietus: sit pudicus. benignus.  
māsiuetus: ut qui plebis indocte preceptor constituitur: nullū  
de sua cōversatione contemptū patiatur. **S**acerdos est  
interrogatū respondere de lege: vicia subditorū per verba  
sancte predicationis cōstanter arguere: et nulla per veritatis  
amore aduersa formidare. **O**portet eū qui sacerdocio in  
populo dei fungitur virū doctū esse in lege diuina: ut sciat  
intempore noua professe et vetera: ne inter canes mutos nō  
valentes latrare. officij sui predat dignitatē. **T**uum nūc est  
o nicolae alioz vicia sedula monitione arguere: et te vi-  
cjs alienū exhibere: ne si viciosus criminis arguas: temet  
ipm̄ daminandū reddas. **N**emo em̄ in alio cōfidenter pos-  
test reprehendere: quod se cōscientia teste meminerit cōmisissile.  
**O**portet ergo illū esse irreprehensibilem: qui alioz peccata  
sedet iudicare: quod qui in se cōmitat quod in alijs arguit: non  
emendat. sed prosecat. **S**ed multi hodie inter sacerdotes  
hypocritis similcs inueniuntur: qui delinquentibus in le-  
moribus fratribz irascuntur: et sibi nolūt a quoque indigna-  
ri. **H**isera humanae fragilitatis cōditio: peccatorē peccan-  
tor cōdemnat: et disparem fert in pari criminis sententiā.  
**D**entiar si nō multotiens proximū suū de fornicatione  
arguit adulter: proauca in alio vicia cōdemnat iudex in mul-  
tis viciōsūs: et ut suā prauitatē occultare valeat: omnū de-  
licta manifestat. **C**ontra quē a deo dicitur. **H**ypocrita:  
est ē primū quē gestas trabē in oculo proprio: et sic festuca  
videas in alieno. **Q**uid furem reprehendit sacrilegus: vi-  
ciosum sceleratus cur arguit? **I**nfructuosa prosus omnis  
erit correctio: quā vite cōmaculat equalis turpitudō. **C**et  
igitur careas hypocitarum oprobrio: cause alterius corn-  
**A**lij

rector in simili delinquentia peccato. Nunqz fiet utilis cor-  
rectio in subditis: dum is qui proest publicis submittit col-  
la peccatis. Eniuerio ius correctionis amittitur: quando  
correctoris cōuersatio subditoꝝ viciꝝ inquinatur. Sacer-  
dotij vilescautoritas: si honestatē cōuersationis publica  
corruipit iniquitas. Omnis igitcum correctio in suo auctore  
sumat exordium: et sic demū secura procedat in publicū.  
**Suspendat correptionis ad tempus sententiā: quē in cri-**  
mine simili cōscientia propria remordet. **Corruptus iam est**  
ut plurimū status credentū: et est sicut populus sic quoqz  
sacerdos: omnes avaricie student. a maiore usqz ad intímū.  
**Cle genti peccatrici: que semp ad grauiora prolabit: dū**  
pari delicto noxios suos iudices intuetur. **Ad tantā nūc**  
miseria deuenit auctoritas ecclesiastica: ut sacerdotū verba  
iubeamur amplecti nō facta. **Dicunt cīm de semetipis**  
infelices probyteri. inquinacōnis sue testimoniuꝝ phibentes  
**Eruditioꝝ nře verba vos o christifideles attendite: exi-**  
empla cauete. **O verba cōfusionē semperna dignissima:**  
que quantū ex doctrina erudire populū dei debuerat: tan-  
tū ex operibus quersis scandalisant. **Indocti rudes. iam**  
sine discretione meriti ad sacerdotū veniūt: qui moribus  
suis pessimis christi oves infelicer occidunt. **Nulla iam**  
in ordinādis clericis vite sanctitas requiriſ: letaꝝ eruditio  
nulla postulatur: cōscientie puritas nō attenditur. **Suffi-**  
cit apud eos. si currentē sortem possint cōstruere. si cuius  
partis orōnis sit dens respondere: si ita et non intelligere.  
**Cle nře tempestatis episcopis. qui secularibus negocīs intēti**  
ordinacōnes clericōꝝ non cōsiderant: sed curā examinādi  
imperiti locant: quod districtā sunt subituri sententiā: qui  
se totius in ecclesia mali exhibent causam. **Eniuerio cum**  
oporeat sacerdotē fideliū doctū esse et sanctū: qua temen-  
ritate imperiti ad sacerdotū veniūt: qui nec se nec alios  
erudire possunt: **Necqz em̄ sine doctrina bona in clericō**  
vita sufficit: neqz doctrina sine vita populū salubriter eru-  
dit. **Nam doctrina sine moribus doctorem perimit: vita**  
sine doctrina inutilem facit. **Latratu siquidē canū et bas-**

cupo pastoris: rabies luporum fuganda est. **P**astor itaq; ecclasiasticus p vitā bonā ouibus suis exemplum iusticie prebeat: p salutare doctrinā mentes auditoz, pascat: ne si vñ sine altero faciat: vel se negligat vel gregis curā instru cuose agat. **H**eu qd dicā de sacerdotibus nřis indoctis et viciōsis: auaris, luxuriosis & pessimis? **P**udet me loqui: et silere nō valeo. **P**rospice tibi nicolae charissime ne imitator eoꝝ fias. qui cōceptis codicibus scripturarū, lus  
dis et porācōnibus diem totū vacāt: qui se mulierū cōmīx  
tionibus maculāt: qui p̄auis suis moribus, multos in le  
ge dei scandalisant. **E**sto in populo dei honestatis exēm  
plar: in om̄ibus quantū fieri potest te irrep̄hensibile exhib  
beas; ut omnē de te male suspicionis occasionem tollas. **D**oret em̄ testimoniu haberi, etiā ab his qui foris sunt:  
quia p̄dicantis sermo facile cōtemnitur; cuius vita malis  
suspicōnibus in populo notatur. **T**eipm̄ itaq; bonorum  
operū cultore exhibeas; quatenus populū dei non minus  
exemplō qz sermone informare queas. **Q**uod ut salubriter posis p̄ficere: cōsortia indisciplinatoꝝ cura declinare: qz  
vix sine rep̄hensione vivere sufficit: qui maloꝝ cōsortia nō  
fugit. **D**icit em̄ scripture. **C**ū sancto sanctus eris: et cum  
puerlo puerteris. **E**t iterū. **Q**ui tangit picem, inquinabit  
ab ea. **U**nusquisq; p̄positi sui delectatur habere cōsortes.  
**S**i igit̄ bonus es: bonoꝝ amia consortiū. **N**am si pedem  
tuū a cōuentu malignantū non p̄hibueris: subditoꝝ de  
tractionibus om̄i tpe subiacebis. **F**acile decipitur iuueni  
lis animus cōsortio puerloꝝ. **I**uuenis es, et in vtrāq; par  
tem flexibilis: idcirco summa tibi diligentia inuigilandū  
est: ne indisciplinatoꝝ consortio depraueris. **N**ibil em̄ sic  
iuuenibus nocet: quē admodū praua exempla seniorum.  
**Q**uanto vero iunior es, tanto tibi maiori sollicitudine cu  
randū est: ut vitā tuā in synceritate timoris dñi custodias  
**S**criptū est em̄. **A**dolescens iuxta viam suā: etiā cū sen  
nuerit non recedet ab ea. **Q**uod iuuenis didiceris: in sen  
nectute practicabis.

Matt. 5.

cōbrhū mā  
lērū fūgāndū?

lērū fūgāndū

## De fugiendo cōsortio mulierū.

**E**feminarū autē familiarita/  
te (que sacerdotibus dei perni/  
ciosissima est) quid dicam: cū decreta sanctoꝝ  
patrū hanc illis districta satis p̄hibitione ini/  
terdicant. **S**i tibi beatissimi patris hieronymi monita  
p̄scripsero: illico exclamabis. **D**omū gubernare sine mīste/  
rio famule nō valeo: cibos mīhumeti p̄parare non suffi/  
cio: mūdāre vesteſ sordidas nolo. **Q**uid inquis mīhi p̄  
cepta hieronymi allegas: que non ligant nīſi volentem?  
**Q**uis hieronymū legiſatorem meū constituit? **S**acra  
sancta inquam ecclēſia vniuersalis dicta illius a p̄probat:  
inter canones p̄cepta eius de hac materia lata locat: et tu  
contra tantā auctoritatē mutire p̄sumis? **S**ed dices.  
**L**egem hanc abrogauit consuetudo cōtraria: que p̄ iure  
ex multo tempore est habenda. **S**ed mentitur iniquitas  
ſibi: et ſtulta cōſideratione in ſemetip̄a decipitur. **C**ōſue/  
tudo bonis moribus cōtraria: numq; lege aut tollere aut  
conſtruere potest. **E**t quid tam contrariū honestati ſacer/  
dotali: q̄ adolescentularū contubernio delectari? **P**erit  
dictatur caſtitas: vbi inter mulierculas ſacerdotū tranſit  
ſocietas. **P**rima em̄ et fortissima clericoꝝ temptamentaz  
ex frequenti accessu mulierū proueniūt. **M**ultos proſtrat  
uit ſtulta p̄ſumptio: qui manibus (ut ita dixerim) instru/  
menta victorie hoſtibus tradiderunt. **D**ifficillime vitatur  
periculū: ſi occasio non vitetur. **E**nīero dum ſemina mo/  
ratur cū clerico: ſolaq; reſidet cum ſolo: cibos comedenti  
preparat: lectuliq; dormienti componit: alloquitur. arris/  
det: fomenta libidinis administrat. **Q**uantūlibet ſancta  
ſit ſemina: ſemp̄ clerico est timenda. Nam ſicut ſcintille de  
carbonibus proſiliūt: ita virus cōcupiſcentie. ex mulierū  
aſſidua familiaritate diſfundit. **I**anua diaboli. porta in/  
fernī. via iniquitatis. ſcorpionisq; dira p̄cuffio. et noxiū  
genus fallendi: viro caſto familiaris eſt ſemina. **C**ū pri/  
mat ſtimulat: cū loquitur incendit: cū tangit uheſenter

exurit. **N**ō damnamus sexū: sed castitatis denūclamus  
periculū. Legimus sanctū augustinū tantopere fugisse se-  
minas: ut domū suā episcopalem nec sororē propriā in  
gredi p̄mitteret. **N**ouimus et nos complures sacerdotes  
qui et domū et plebē sibi cōmissam sine ministerio famili-  
le multis annis innocue gubernarūt. **N**eque em̄ tibi diffi-  
cile erit imitari: qđ alios conspicis actitasse. **C**aue itaq;  
et cōsorcio adolescentularū ne a p̄proprias: cum etiā inter  
anus caste vivere difficile sit. **D**emento cū quo loqua-  
ris in altari: et os diuinis ministerijs cōsecratum: ne effun-  
das in oscula meretricū. **T**urpissimū est manibus sancte  
unctionis oleo cōsecratis: quibus dei filius tenetur et im-  
molatur: tactibus pollutis contingere mulierem. **N**e den-  
deris maculā glorie tue: et nomen tuū cunctis in o p̄ron-  
bruū. **T**e cūcti in publico: te in agro rustici aratores et vi-  
nitores quotidie fortiter lacerabūt: si cū feminis (maxime  
iunioribz) iuuenis ip̄e habitare p̄sumperis. **E**ris in puer-  
bium et derisū om̄i populo: si iuuenclarū domicilia fre-  
quenter fueris ingressus. **C**ōtra hostē tuū inuisibile q̄ la-  
tus tuū semp̄ insidiādo circūuolat om̄i tpe vigila: et iuxta  
nasonem maloꝝ principijs obsta: quādo adhuc infirmio-  
ra sunt temptamēta. **N**ā sicut videmus posteaq; clericus  
semel corpus suū amplexibus meretricū exhibuerit: raro  
vel nunq; ad pfectā emendationē redit. **O**mnes em̄ q̄ puer-  
so amore vexantur: quanto diutius in sceno luxurie iacue-  
rint: tāto difficilius ad sanitatē mentis reuertuntur. **F**igit  
in corde hūano radices viciū fortiter inueteratū. **O** quoq;  
hodie sacerdotes in dei ecclesia sūt: qui in p̄fundū luxurie  
submersi: longanimitatē dei cōtemnūt: sicut scriptum est.  
**I**mpius cū venerit in p̄funda maloꝝ: contemnit. **V**ulci  
sunt nō dubiū inter clericos libidine sordidatos: qui cū a  
principio sue promotionis caste vivere proposuerunt: ex  
negligenti sensuū custodia decepti. nūc sine omni timore  
dei quasi licenter ex cōsuetudine meretricibus cōmisen-  
tur. **N**ihil peccati consuetudine deterius: qua sit ut cri-  
mina grauissima. velut minima estimentur. **F**ortissimum

peccati vinculum: est consuetudo peccandi: que tempore  
 crescat: et mora virtutum sumit incrementa. Optime igitur  
 aduersus incendia carnis consuluit: qui in carmine dixit.  
**P**rincipiis obsta. sero medicina paratur: dum mala per  
 longas conatuere moras. **S**ed proropa. nec te venturas  
 differ in horas: qui non est hodie: cras minus aptus erit.  
**N**on tardes conuersti ad dominum ait scriptura: nec differas  
 de die in diem: quoniam quanto penitentia diutius distu-  
 leris: tanto minus aptus ad penitendum eris. **A**scende nunc  
 mentis tue speculam. et vide stultorum insaniam sacerdotum:  
 qui a viribus concubini ducuntur captiuum: ut non queant  
 volunt illa faciant: sed que sibi a scortis principiantur. **V**ide  
 res interea stolidum clericum assidere concubine sue. et aperto  
 illam ore intuentem: et si arriserit ei ridet: si fuerit indigna-  
 ta blanditur ei: donec reconcilietur in gratia. **C**aptiuus  
 ducitur per feminam infelix sacerdos: et qui alios regere des-  
 buerat: ancille sue dominio superatur. **O** quis crederet qua-  
 tos inter hec miser gemitus emitat: quotiens hoc durissi-  
 mu archidiaboli iugum abscere cogitet: quales in corde  
 suo dolores portet. Interdu denique tanta contra bestiam  
 suam disloquentia tangitur: ut eam a se repellere crastino me-  
 ditetur. Inter ea dat verba contumeliosa et recipit: demumque  
 post verba venitur ad verbera: percutit et repercutitur: ma-  
 ledicit et blasphematur. **O** stupendum spectaculum: caput sa-  
 cerdotis quod contingere non licet principi: manus mere-  
 tricis lacerat. percutiunt et contundunt. **D**enum post maledicta-  
 tionem infelicem reuocet: sibique placabilem reddat. **C**erne-  
 res nunc mutatum subito clericum: et lachrymis abre sue  
 adeo commotum: ut qui iniuriā suscepereat: prior venia den-  
 precetur. **D**ensa debet aponitur: communium instaurat:  
 verbis miscentur suspicia: nouarum commercia tractantur  
 nuptiarum. **S**edet inter hec stolidus sacerdos de patien-  
 tia et mansuetudine disputas: se in amicā deliquisse suspi-  
 rat: ad eius gratiam recuperandam totis viribus laborat.

Vide duo folia  
 ante principiū hujus tract

et sub specie charitatis christiane dulcia de virtutibus et  
 vicijs verba seminat: quousq; in laqueū criminis incau-  
 tos trahat. Jam familiarius deinceps loqui incipiūt: sen-  
 cretiora sua queq; alterutrū aperiūt: cōtingere se manib; 3  
 paulatim assuescūt. Dēmū p mutuos risus futura paran-  
 tur cōnubia: et dūm ex cōsuetudine familiariter viuūt: in  
 soueam diaboli subito cadūt. Postea vero q; semel in mu-  
 tuos reatus ceciderint: videntur sibi factū aliquantulum  
 abhorre: sed a cepto non facile possunt recedere. Per  
 gūt igitur via qua ceperant: et quāq; in principio cōscien-  
 tia scelus abhorreat: tamen ex cōsuetudine paulatim id  
 leuius portat. Et primū quidē cū quodā verecūdo timo-  
 re lasciuire incipiūt: sed deinceps praua cōsuetudine ob-  
 cecati amplius non erubescūt. Ut etera interea secreti con-  
 sciens incipit tumescere: et scelus q; latuerat. in publicum  
 propalare. Nascitur postremo infantulus: ad breue tem-  
 pus pater et mater erubescūt: et statim ad cōsueta criminis  
 na reuertūtur. Jam vero deinceps omnis verecūdia pcul  
 abiicitur: conscientie oculus obcecatur: timor dei et infer-  
 ni a memoria penitus repellitur. Vbiūt iā licenter in pecu-  
 catis diabolico glutino cōiuncti: viuūt corā hominibus  
 diffamati: viuunt a deo alieni. In desperationē mox crī-  
 men inueteratū vertitur: penitentie remedium deridetur  
 longanimitas patientie dei contemnitur. Ut etera sacra-  
 dos vsc; eo libidini seruus efficitur: ut sine concubina vi-  
 uerentur sibi posse videatur. Potest quidē emendare pecu-  
 catū sed rēnuit: quia se vinculis luxurie inuolutū delecta-  
 biliter sentit: ppositum penitentie in futurū sibi pollicetur  
 assumere: vitā suā promittit emendare. Sed dūm inter  
 tot criminis voluntatē penitendi procrastinat: et tempus  
 et posse pariter amittit. Hinc sit ut sani sacerdotes cōcu-  
 binarij ad remedia penitentie salutaris raro veniant: quia  
 vitā suā adhuc dūm prolongari sperant. Intantū qui ppe  
 nōnulli diabolicis dementantur illecbris: ut nihil aliud  
 q; carnalia cogitare valeant: nihil de futura retributione  
 curent. Plus diligūt sceleratam cōcubinā: q; felicitatem

15

eternā. Quā putas hī penitentia agunt in extremis: quā  
do non voluntate sed necessitate vrgentur? Qui omne tem-  
pus vite sue in luxuria consumpsérunt: in extremis vite sue  
articulis verā penitentiā raro cōsequūtur. Nam etsi talium  
sera penitentia (deo miserante) aliquādo vera sit: nō ta-  
men sine grauissimis purgatoriū tormentis ad regnū ce-  
loꝝ poterunt puenire. Deniqꝝ si reuelationibus credendū  
est: maxima apud inferos clericorū multitudo. inestimabili-  
bles ppter viciū incōtinentie penas in eternū duraturas  
patitur. Cides quorsum incauta mulierū familiaritas cle-  
ricum p̄trahat: quē eternis cruciatibus inferni damnat.  
Principijs itaqꝝ temptationū obſistendū est: qꝝ luxuria  
nunqꝝ melius vincitur: qꝝ si p fugam declinetur. Nam si  
p cōſuetudinē te semel inuoluerit: nunqꝝ sine ſpeciali gra-  
tia dei liberū dimittit. Si noſtris verbis adhibere fidem  
dubitas: exempla ſeniorū legas. Sed non est opus in li-  
bris exempla querere: cu possis ad oculū documenta in-  
uenire. Ecce multos hodie ſenes ſacerdotes nouimus:  
quoꝝ eſſe vitā incontinentē ſcimus. Cidemus in eis etas  
tem ſenescere: et iuuentutis vicia minime cefſare. Cumqꝝ  
ad ultimā ſenectutē veniūt: mores prauos non dimittūt:  
ſed quales ab inicio ſemp fuerūt: tales quoqꝝ ad mortem  
vadunt. Cerneret inter eos ſacerdotes iam decrepitos.  
adeo luxurie venenū imbibiffe: ut cum pre ſenectute am-  
plius opere laſciuire nequeant: cogitacōne. verbo. ac nur-  
tibus ad cōſueta inardescat. De qualibus p prophetā dñs  
dicit. Si ethiops potest mutare pellem ſuā. et pardus va-  
rietatem ſuā: et vos poteritis benefacere: cum didiceritis  
male. Cefſare autē in ſenibus ſeminarū potest concubin-  
tus: ſed manet ut olim deſideriū actionis. Qualē te liget  
ſenem eſſe deſideras: talis nūc quoqꝝ iuuenis viuas. Diffi-  
cile nāqꝝ eſt ſenem mores ſuos corrigere: et in veteri men-  
te noua cogitare. Enim uero ſenectus mores habet. non  
accipit. Qui cum femina iuuenis laſciuit: ſener insaniit.  
Bonum itaqꝝ eſt homini cum portauerit iugum domini  
ab adolescentia ſua: quoniam ſi malus in iuuentute quis

extit: raro in senectute bonus erit.

## De remedio contra luxuriam.

**O**nsume medici primū  
egrotis grauitatem morbi  
subtili disputacōne ostendere: et tūc demū res  
medij opem adhibere. **Cognita em̄ grauitate**  
**egritudinis:** minus terret amaritudo pocōnis. **I**d ego ten-  
cum facturus, primū quidem periculū feminee cohabita-  
cōnis tibi multimoda demonstratione aperui: et quis sit  
finis huius morbi quantū licuit declarauī. **C**onsequens  
igitur nūcest: ut de remedio cogitemus. **C**aro em̄ semp  
concupiscit aduersus spiritū: et nisi exercicio salubri refre-  
netur: et se et illum in profundū damnacōnis p̄cipitat.  
**H**inc probe admonet poeta dicens. **O**cia si tollas, perie  
re cupidinis arcus: cōtempteq; iacent: et sine luce faces.  
**S**ancta etēm̄ scriptura phibet: quoniā in desiderijs est  
omnis ociosus. **O**portet igitur eum qui vicium libidinis  
cupit extinguerē: se in aliquo sancto opere iugiter exerce-  
re. **O**ciositas quippe inimica est anime. **H**inc beatus hie  
ronymus quendā admonet dicens. **S**emp aliquid boni  
facito: ut te diabolus inueniat occupatū. **O**ptimū quip-  
pe remediū contra malas cogitacōnes: est operis sancti  
alicuius occupatio. **E**nīm uero dum animus circa ali-  
quod bonū exerciciū delectabiliter intentus est: aliunde  
non cogitat. Non patebit accessus diabolo: si mens fue-  
rit occupata in aliquo exercicio. **E**xemplū sume in sancto  
david: qui occupatus bellicis rebus luxuriam domuit:  
ociosus in domo consistens adulterium commisit. **D**um  
manus vacat ab opere: mens languet in cogitatione.  
**S**i ergo cupis libidinem vincere: ocium fuge. **N**ubus  
autem exercicijs tempus accōmodare debeas: paucis si  
placet accipito. **H**ane assūescas ante lucem de sonno,  
exurgere: et oracōnibus tam canonicis quā votiis alii  
quantulū vacare. **C**umq; pensum seruitutis tue orando  
deuote cōpleueris: lectionibus sacris deinceps vacabis:

B ii

*Amberilli sag 50 =  
minus magna  
multo ipse gra-  
tione et traditio  
in his.*

*Si uero in istra  
cogitatione  
ali' ars et uenit  
visus t' honestus.*

*Exemplū David  
et uenit*

*Ego uero in his.*

*meum.*

donec te ad missam celebrandam ex officio vocatū intel-  
ligis. Post missam oracōnibus denuo vacandū est: et san-  
cris meditacōnibus q̄s deuotissime insistendū. Deinde ma-  
nibus laborandū: domus curanda negocia: et si qua p  
necessitate fuerint ordinanda: cū dei timore disponantur  
Opus autē manuale sacerdotis est scribere: codices a se  
uel ab alijs descriptos impressosue ligare: ceterisq; hone-  
stis laboribus pro sua cōditione uel necessitate insistere.  
Deniq; sumpto cibo laudes deo referende sunt: qui nos  
hic pascit in terris: iterūq; orandū ut post hanc vitā sine  
fine pascat in celis. His rite completis: nō illico ad fabu-  
las eundū est: sed sacris līris denuo vacandū. Deinde ma-  
nibus operandū erit usq; ad vesperā: que vltra quartā ho-  
ram nō extendatur in opere manuali. Cū vero iam in-  
clinato die dormiendū est: prius ad deuotissimas oratio-  
nes recurratur. Quibūs expletis: actuū tuorū p diem ra-  
tionē constituas: et de negligentī cōversatione tua te reū-  
coram deo clamans. veniā et indulgentiam expostules.  
Nam si teipm iudicaueris: a deo absoluieris. Et nisi in

coram deo clamans, venia ei indulgentiam exponit.  
**N**am si teipm iudicaueris: a deo absoluieris. **E**t nisi in  
timore dñi te constanter tenueris: cito subuertet dominus  
cōscientie tue. **N**ō si in aliquo delicto pōoccupatus fueris:  
mor ad lamentū penitentie recurras: talēq; si fieri potest  
confessore eligito: quē et scientia scripturarū idoneū com-  
probet: et cōuersatio cōmendet. **R**aro enim confitentibus  
viam salutis in veritate aperit: qui cōuersatione reproba-  
vunt. **N**ō si temptationes carnis inimico suggestente in  
animo sentire ceperis: noli eas p moram roborare: sed  
poraciones et sancta exercicia quantoq; expellere. **L**u-  
bricus est serpens libidinis: et nisi in capite nō facile con-  
teritur. **D**um adhuc infirmus est aduersarius: facile supe-  
ratur. **N**ec te si viceris aliquādo securū existimes: q; non  
est cōpleta victoria: vbi quotidiana geritur pugna. **Q**uā-  
diu ergo potes subiici: nō credas te viciisse. **N**oli in tua for-  
titudine confidere: noli tibi victoriam arrogare: sed spem  
tuā in solius dei adiutorio scito consistere. **N**emo enim ca-  
stus viribus suis. **G**ratia enim dei adiuta: carnem vincit

bona voluntas. Oportet autem contra temptationes carnis  
sine intermissione orare ad dominum et dicere. Confige timore  
re tuo carnes meas: a iudicis enim tuis timui. Noli amare  
delicias huius mundi. quete cito evanesce. ie facient: et ardo  
dore libidinis facile incendent. In virtu tuo caueatur sup  
fluitas: nec ciborum varietas appetitum moueat sed fames.  
Non apponatur incentiva libidinum: sed que corpus alat.  
non incendat. Unum in quo est luxuria. semper sit tibi suspen  
ctum: ne dupli ardore incendaris: potus videlicet et iun  
uentutis. Ignem luxurie souet in gremio: qui assiduo uti  
tur vino. Ferendoque noe denudatio: et incestus loth: te  
vini semper timere admoneant. Ebrietas enim viui hois sei  
pultura est: que sensus destruit: rationem extinguit: mente  
ligat: conscientiam vulnerat: sanitatem corporis minuit: ani  
ma occidit. Scaturigo malorum ebrietas: carnem ad luxuriam  
excitat: pessimis cogitationibus cor inquinat: in turpis in  
ma verba linguam laxat. Hieronymi sacratissimi verbum est  
Repletus venter facile spumat in libidine. Sic igitur viro  
casto moderata refectio: sit potus parcus et tenuis: sit ser  
mo pudicus. Caueat familiaritate mulierum: sensus suos  
omni custodia dirigat: ne in foue libidinis cadat. Quo  
tienscumque cogitatio turpis mente pulsare ceperit: memo  
riam domine passionis subeat: cogitatum suum in vulnera iesu  
christi ponat. Scriptum namque est. Beatus qui tenebit: et alia  
lidet parvulos suos ad perpetuum. Petrus autem inquit aplaus  
erat christus. Recordatio etenim domine passionis. omnium  
temptationum efficacissimum remedium est. Enimvero quem  
christi passio non emollit: nulla exercitatio curabit. Non  
ergo ut carnis libido spiritum propugnare ceperit: levet ma  
nus suas ad celum cultor castitatis et dicat. Domine iesu christe  
amator casti consilij: tu scis vires meas ad resistendum eriu  
guas: adiuua infirmitatem meam: per amaram passionem tuam.  
Credo in domino. quoniam si orans cum deuotione persistiter:  
victoriam aduersus carnem facile impertrabit. Volo autem  
te frater amantissime non solum facta: sed et verba turpia de  
dinare. Corruunt enim mores bonos colloquia prava.

B 117

70<sup>1</sup>

Nec illos imitaris velis. q̄ turpis loquij̄ vacantes: castos  
se corde existimat. Ex abundantia eterni cordis: os loquit̄  
**T**anquam sermo: vani cordis indicium est. Qualis vniuersitas  
apud se lateat: prolatus sermo p̄bat. Sicut nō nulli. et qui  
dem multi sacerdotes. qui lascivis moribus suis sincerita-  
tem cōscientiarū violant: quanq̄ ad actū libidinis corpo-  
raliter nō accedat. Sedēnt cū feminis loquentes turpia:  
taetis prurientes cōmiscent et oscula: et inter hec se can-  
tos esse gloriantur. Et ubi manet sermo dñicus. qui vir-  
derit mulierē ad concupiscendū eam: iam mechātus est.  
eam in corde suo? Si viro casto mulierē videre ad cōcun-  
piscendū non licet: quātominus impudice cōtingere oscula-  
lari. et correctare manib⁹. Dicit nāq̄ apluſ. Ab omni  
specie mala abstinetе vos: sicut decet sanctos. An tibi nō  
videtur mali species. inter hoies sedere castos: et iuuenc-  
larū osculis tactibusq̄ insanire? Dementia si nō vidi sacer-  
dotes et maioris dignitatis platos totū in nauibus diē  
obscenis cōsumere tactibus et osculis seminarū: nullāq̄  
dignitatis sue reuerentia habuisse. Interne libidinis indi-  
cū est: dum verba quis turpia loqui consuevit. et iūgere  
tactus. Inter hec ne castitas mentis illesa manebit? Tu  
autē nicolae charissime si dignū te deo ministrū exhibere  
desideras: si libidinis durissimū ingēnuadere optas: nō  
solū a factis sed etiā a verbis turpibus. et mulierū te tactu  
abstineas. Impossibile est nō vulnerari mente: dum oscu-  
lo et manu lasciviens contingis mulierem. Demento no-  
tissima tua monet sapiens: et in eternum non peccabis.  
Aibil em adeo cohabet a peccato hominē: q̄ intenta men-  
toria mortis.

## De lectione et studio scriptura-

rum.

Cap. iiiij.

**S**ic et expertus sum: q̄ efficacissimum contra  
omnes temptationes remedium: est studium et  
lectio scripturar̄. et frequens oratio. Nam rās

lis vicioꝝ impugnationem extinguit. Dicit enim beatus hieronymus. Alma scientiā scripturaꝝ: et carnis vicia nō amabis. Sola em̄ scriptura est: que nobis celeste p̄mittit in tribulacōne remediū. Quid de superna patria scire uel credere poterimus: si scripturas non haberemus? Dicit nāqꝝ apl̄is. Omnis scriptura diuinitus inspirata est: ut p patientiā et consolationē scripturarū spem habeamus. Iccirco moneo te ut studiū sanctarū scripturaꝝ assumas in huius peregrinacōnis solacium: quoniam si in lectione earum fueris assiduus: facile mundū contemnes cū vniuersis vanitatibus eius. Nihil em̄ sic mentē a sollicitudinē nevana ad superna elevat: nihil sic carnis incendia sedat: quō sedulitas sacre lectionis. Deniqꝝ officio tuo studiū maxime congruit: dicente malachia. Labia sacerdotis custodiūt scientiā: et legem requirent ex ore eius: quia nū cuius dñi exercituum est. Nam sicut pauloante diximus. oportet sacerdotē christi. doctū esse lege diuina: ut sciat et sit vnde proferat sermonem. Qui em̄ suscepit animas re gere. pro quibus summo iudici deo rationē redditurus est: necesse habet multa legere et intelligere. Enī vero sicut dixit magnus ille gregorius nazanzenus. et post eū papa romanus: ars artū est regimētū animarū. Qui aut̄ nihil in scripturis sanctis dicit: qd̄ alios docebit? Aut̄ quā in p̄dicando sacerdos utilitatem auditoribus suis afferre poterit: qui scripturas nescit? Ue nunc temporibus non strīs: in quibus est sicut populus sic sacerdos. Studiū scripturarū sacerdotes nostri abīscūt: eruditōnē negligunt: pro libris scripturarū aucs et canes enutriūt. Vis derint episcopi qui tales ideotās et inscios ad sacerdotiū dignitatem promouent: qui imperitis pastoribus curam omnium christi cōmendant. Recede de consorcio eorū qui scientiam abīscūt: qui lectionem scripturarū negligunt: qui studiū cōtemnūt. Nihil aliud q̄s mūdanū sapiūt: nihil q̄s vanū diligūt: nihil nisi carnale intelligūt. Ero subuent te: si in conuentū eorū frequenter trāsieris. Gedehit in insidijs cū potatoribz in tabernacis: ludis et cōmēssacōmibus

Machi abīscūt  
aut̄ orquebus

3  
Grauitaſ ſt̄ dīſt̄  
m̄y m̄t̄ ſt̄ ſt̄.

louorāfī  
Inoxea.

vīa.

!

2

Progrīmboſ ſt̄ ſt̄  
Dōtor T. Dōtor  
P̄r̄or dōtor.  
vītēa

!

2

vacant: nō est timor dei ante oculos eoz. Trascūtur si q̄s  
coram eis loqui de scripturis ceperit: audire lectionē dei  
dignantur; ad fabulas autē cōvertuntur. Quid tibi et illo  
lis? Hōmīne sacerdotes sunt: cōversatione asini. H̄ibil  
penitus de scripturis intelligūt: discere contemnūt. Rōm  
mana lingua scribere uel loqui nesciūt: vix in vulgari ex  
ponere euāgelia didicerūt. Quātos errores fabulas et he  
rebes in ecclesia p̄dicando populis enūciant: quis nisi et n  
pertus credere posset. Pro libris sibi liberos comparāt:  
pro studio concubinas amāt. Iſti sunt ceci duces cecorū  
qui populu dei ad iusticiā non erudiūt: sed potius sedu  
cūt. O quot paupes christiani in rure habitant: qui ob  
ignorantiā suoꝝ sacerdotū quid christianū deceat igno  
rant? Inter hec nemo est qui animaduertat: nemo q̄ perf  
culū animarū doleat: nemo q̄ remediu a p̄ponat. Om̄es  
que terrena sunt sapiūt: omnes sua querūt: om̄es ad lus  
cra currūt. Sed quid ista ad nos? Unusquisq; suo dño  
stat aut cadit. Et quāuis ad me non p̄tineat ista corrige  
re: non possum tamen nō dolere: videns om̄e malum in  
ecclesia ex ignorantia sacerdotū pcedere. Quis em nō do  
leat illos mandata nescire: q̄ constituti sunt alios instrue  
re? Ecce nulla in ordinādis sacerdotibus scientia queri  
tur: non vocati accedere p̄mittūt: nunq; vita ordinans  
dorū (ut in primis oportuerat) discutitur. Propterēa po  
pulus christianus funibus peccatoꝝ captiuus abducit:  
ardor charitatis extinguitur: concordia fraterne dilectio  
nis violatur. Sacerdotes nostri mūdanis cupiditatibus  
effluūt: corrigere viciosos nō p̄sumūt: q̄ se deliquisse in  
maioribus agnoscūt. Pauci etem sunt q̄ morib; sanctis  
in ecclesia nūc fulgeant: pauci scientiā scripturarū amāt:  
pauci cōmissum sibi gregē verbo et exemplo debite infor  
māt. Hec mirū si minores vacent a studio scripturarū: cū  
inter platos paucos inuenias qui veterū exemplis inhe  
reāt. Eligūtur em ut plurimū nō doctiores: sed ad cōgre  
gādas diuicias perituras audiōres. Codices scripturaꝝ  
aut nullos habēt aut paucos: q̄ ppe q̄ odio sciam psequūt.

folio 5.  
27.30.31.

Eclarionis pla  
torum abufo

Sacerdos  
egēt  
faust.

*Nota b.* **Nihil adeo ecclesiastica dignitatē minuit, et contemptib  
